	Logarith.				Log.
1	(0)	0	1	(0)	0
3162227766	(1)	5	50118724	(1)	7
1000000000	(2)	10	2511886429	(2)	14
100	(4)	20	630957376	(4)	28
1000	(6)	30	3162227766	(5)	35
3162227366	(7)	35			

Notandum si communis diuisor sit vnitas, vt in vtroque exemplo præcedente; factus ab ipsis datis Logarithmus, *est* Logarithmus *numeri producti. Quia vnitas multiplicans non auget multiplicatum.*

TERTIVM EXEMPLVM.

		Logarithmi.	Quoti.
Sunto dati numeri	343	2.53529412	3
	823543	5.91568628	7
Sit communis diuisor		84509804	

Notandum numerus.				
	1	(0)	0	
3	343	(1)	2.53529412	
6	117649	(2)	5.07058824	
8	40353607	(3)	7.60588236	
11	3841287201	(4)	10.14117648	
18	558545864083284007	(7)	17.74705884	
6	823543	(1)	5.91568628	
12	678223072849	(2)	11.83137256	
18	558545864083284007	(3)	17.74705884	

Datorum LOGARITHMORVM quoti sunt 3. 7. factus ab iis 21. qui ductus in communem diuisorem 84509804

84509804 facit 17.74705884 LOGARITHMVM numeri producti.

Notandum quod Cubus secundi numeri, eique æqualis septimus figuratus primi; (quem aliqui appellant secundum solidum) scribitur notis octodecim: idcirco eius Logarithmus *in fronte gerit 17. præter notas subsequentes, quæ exprimunt* Logarithmum *numeri, qui iisdem notis scribitur: sed eius prima tantum nota versus sinistram, denotat nobis integras vnitates quinque, reliquæ notæ subsequentes, exprimunt partes, integris hisce adiiciendas. Sic* $5\frac{515458640 8}{10000000000}$, *&c. cuius* Logarithmus 74705884.

Quod si quatuor loci relinquantur integris, ponenda erit in fronte Logarithmi, *nota 3. Sic* $5585\frac{4586408}{10000000}$, *&c. cuius* Logarithmus 3.74705884.

Hinc poterimus datis duobus LOGARITHMIS *& sinu primi, inuenire sinum secundi.*

Sumatur communis aliquis Logarithmorum *diuisor (qui quò maior fuerit eò commodior erit) is dividat vtrumque: deinde primus sinus seipsum multiplicet, & suos factos: donec numerus factorum vnitate tantum superetur à quoto secundi* Logarithmi: *vel donec procreetur figuratus, cognominis quoto secundi* Logarithmi. *Idem numerus produceretur, si secundus sinus quæsitus, seipsum multiplicaret, donec fieret figuratus, cognominis quoto primi* Logarithmi. *Vt patet per præcedentem propositionem. Huius itaque figurati, à primi quoto denominati latus quæratur: quod, vbi inuentum fuerit, erit sinus secundus quæsitus. Eritque continuè factus à quotis, & communi diuisore, ipsius figurati* Logarithmus.

Vt sunto dati LOGARITHMI 8.14, & sit sinus primi 3 communis LOGARITHMORVM diuisor est 2, qui dat quotos 4. 7. Si 3 seipsum sexies multiplicet, proueniet 2187, pro figurato, qui in serie continuè proportionalium ab vnitate, septimum locum occupabit: & inde dici poterit non